



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCXCIX. De Vastatione Sambiensis & Nattangiae terrarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

## CAP. CCXCIX.

De

*Vastatione Sambiensis & Nattangia terrarum.*

**A**N. Domini MCCCXI. in Carnis privio Vichenus Rex Lethovia cum maximo exercitu Sambiam & Nattangiam incendio & rapina vexavit, multos homines occidit & ferè quingentos cum magno spolio secum duxit, non tamen sine strage suorum, quia multi de populo suo qui ab exercitu se elongaverant sunt occisi.

*An. Domini MCCCXI. in Epiphania eius Henricus Rex Romanorum apud Mediolanum Coronâ ferreâ coronatur.*

*Hoc etiam anno Tartaricum Armenis & Gorgianis venerunt in Siriam & Palestinam, & fugato Soldano ultra X. millia equitum occiderunt.*

*An. Dn. (a) MCCCXI. XI. Kalend. April. tempore Henrici VII. Imperatoris Ordo Templariorum à Clemente V. Papa (b) non per sententiam definitam, sed per provisionem sedis Apostolica condemnatur in Concilio Viennensi, qui fundatus fuit Anno Domini MCXII. sub Pascali Papa II. & Henrico V. Imperatore.*

*Hoc anno Henricus VII. Rex Romanorum in Ecclesia Lateranensi Rome in Imperatorem coronatur à depositione Friderici Imperatoris secundi anno LXII.*

## ANIMADVERSIONES.

(a) Jerofchinus habet anno 1312.

(b) Jerofchinus sic interpretatur: Nicht umb überwundene Schuld sondern durch sein Ungedult.

## CAPUT CCC.

De

*Depopulatione territorii Pogrande.*

**S**Tatim post recessum Regis & exercitus sui Fr. Fridericus de Wildenberg Commendator de Kunnigsberg cum magno exer-